

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert
Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. I. S. Augustini vita & translatio breuiter recensentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

ORIGINES

ORDINVM

CONGREGATIONVM fub regula S. Augustini militantium.

LIBERI

CAP. I.

S. Augustini vita& translatio breuiter recensetur.



le-

ram-

ela

I

Vgustinus Tagaste in Africahonestis parentibus natus, ac puer docilitate ingenij ęquales longè superans; breui omnibus doctrina antecelluit. Adolescens, dum esset Carthagine, in Manichæorū

hæresim incidit. Postea Romam profectus, inde Mediolanum missus, vt Rethoricam doceret, cùm ibi frequens Ambrosij Episcopi esfet auditor, eius opera incensus studio Catholicæsidei, annos natus triginta tres abipso baptizatur. Reuersus in Africam, cum religione vitæ sanctimoniam coniungens, à Valerio notæ sanctitatis Episcopo Hipponensis

ORIG. ORD. S. AVGVST.

nensi presbyter sactus est. Quo tépore samiliam instituit religiosorum, quibuscum victu communi, eodemque cultu vtens, eos ad Apostolicæ vitæ doctrinæque disciplinam diligetissimè erudiebat: sed cum vigeret Manichæorum hæresis, vehementiùs in illam inuehi cæpit, Fortunatum que hæresiarcham confutauit.

Hac Augustini pietate commotus Valerius, cum adiutorem adhibuit Episcopalis officij . Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris menfa, quam semper facra vel Lectione, vel disputatione condiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes, vt cum non esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustentadam. Feminarum, & in eis fororis, & fratris contubernium familiaritatemque vitauit.quippe qui diceret, etsi propinqua mulieres suspectæ non essent, tamen quæ ad eas ventitarent, posse suspicionem efficere. Nullum finem fecit prædicandi Dei verbum, nisi graui morbo oppressus. Hæreticos perpetuò insectatus & coram, & scriptis, ac nullo loco passus consistere; Africam à Manichæorum Donatistarum, Pelagi-

Tam multa piè, subtiliter, & copiosè

anorum, aliorumque præterea hæreticoru

LIB. I. CAP. I.

i-

tu

A-

di-

ii-

n-

am

Ta-

co-

US,

de-

cra

at.

vt

va-

m.

tris

que

luæ

ad

ere.

IM,

icos

tis,

am

igi-

oru

iosè

scripsit, vt Christianam doctrinam maxime illustrârit. Quem in primis fecuti funt, qui postea Theologicam disciplinam via & rationetradiderunt. V Vandalis Africam bello vastantibus, & Hipponem tertium iam mensem obsidentibus, in sebrim incidit. Itaque cum discessum è vita sibi instaré intelligeret, Pfalmos Dauid, qui ad pœnitentiam pertinent, in conspectu politos profusis lachrymis legebat. Solebat autem dicere neminem, etsi nullius sceleris sibi conscius eslet, committere debere, vt line pœnitentia m'graret è vita. Ergo sensibus integris in oratione defixus, altantibus fratribus, quos ad charitatem, pietatem, virtutesque omnes erat adhortatus, migrauit in cœlum. Vixit annos septuaginta sex, in Episcopatu ad triginta fex. Cuius corpus primum à B. Fulgentio Episcopo Ruspensi anno 504. in Sardiniam delatum, deinde à Luitprado Longobardorum Rege magno pretio redemptu, Ticinum translatum est, ibique honorifice conditum. Vbi adhæc víque tempora, loco the fauri inæstimabilis (licet locus ignotus sit) in æde S. Petri in Cœlo aureo afferuatur.

In eodem templo quiescit corpus S. Seuerini Boetij, Martyris & Philosophi, cum Epitaphio marmori inscripto.

S. Possidonius seu Possidius Episcopus Cala-

A 2 men-

ORIG. ORD. S. AVGVST.

mensis, qui S. Augustini magistri sui vitam scripsit, quiescit Mirandulæ in Italia, illius vrbis patronus ac tutelaris: vbi sacrum eius corpus magnam habet venerationem. Itatradit Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ.

Vitam S. Augustini annis superioribus accurate post alios scripsit amicus noster R. P. Cornelius Lancelottus, Prior Eremitarum Augustinianorum Antuerpiæ, & typis Plantinianis publicauit.

CAPVT II.

Canonicorum Regularium ordinis S.Augustini varia Congregationes.

C Anonicorum Regularium cœnobia alia suis Ordinarijs, seu Episcopis locorum, in quibus situm habent, reuerenter subsunt; alia à Diœcesanoru visitatione exempta varias in Congregationes sunt distributa, & suis Præsectis peculiaribus parent.

Congregationes inter eminent Lateranensis seu Frisonaria in Italia, S. Russin Gallia, Aroassiensis in Belgio, VV indesimensis in Germania superiore & inferiore: de quibus & alijs susè egi in libro nostro de Canonicis Regularibus Colonia anno 1614. edito.

Ad